

Sigillum Dei Vivi

Haec oratio est Donum ex parte
Dei Patris, prophetissae Mariae
Divinae Misericordiae datum
ad protegēdos omnes Dei Filios.
Ex communicatione die 20
februarii 2012 recepta.



Omnes que accipiunt hoc Sigillum
protectionem accipient pro
unoquoque vestrum et familiarum
durante praeparatione Secundi
Adventus Christi.

Surgite nunc et accipite Sigillum Meum, Sigillum Dei Vivi. Recitate hanc (33) Orationem Expeditionis
Crucis ad agnoscendum Sigillum Meum et illud recipite cum amore, gaudio, gratiarum actione.



Deus, Pater mi amantissime, libenter grateque Sigillum Protectionis tuae accipio.

Animam meam et corpus meum Divina tua gratia in aeternum circumdat. Tibi humiliter
inclino caput meum in gratiarum actione et offero Tibi, Pater mi dilectissime, fidelitatem
amoremque meum. Rogo te ut me meosque caros protegas hoc peculiari Sigillo et oblationem facio vitae
meae ad Tibi serviendum in aeternum. Diligam Te, Amantissime Pater. Solatium Tibi offeram in
praesenti, Dilectissime Pater. Tibi Corpus, Sanguinem, Animam et Divinitatem Tui amatissimi
Filii in expiationem peccatorum mundi et ad salutem omnium filiorum tuorum offero. Amen.

Ite, filii mei, et nolite timere. Confidite in Me, Patrem Vestrum amantissimum, qui amanter
unumquemque vestrum creavi. Omnem singulamque animam nosco, quaeque pars vestrum Mihi
cognita est. Nemo vestrum minus quam alius amatur a Me. Propterea nolo perdere nec unam
animam. Nec unam. Coronam Divinae Meae Misericordiae cotidie orare pergatis quaeso. Cur haec
purificatio requiritur olim intelligetis.

Pater Vester Amantissimus in Caelo,

Deus Altissimus